sum potius assertor et qui
hec omnia de illo viro et sciui
semper et credidi. sed here-
mitas omnes anachoretasque
uicisti. Nemo enim illorum
sic martinus. hic uester
immo noster. mortibus im-
perauit. certoque hunc iste
sulpicius apostolis compa-
rat et prophetis quem per-
omnia illis esse consimilem.
fidei uirtus ac uirtutum opera
testantur. Sed perge queso
quamquam nichil magnificen-
tius audire possimus perge
tamen galle quod etiam nunc
super est de martino sermo-
nis euoluere. Illa etiam
minima illius et cottidia-
na animus festinat agno-
scere. Cum omnia minima illius
aliorum maximis maiora
esse nulli dubium est. Ista
faciam. gallus inquit. Verum
id quod dicturus sum ipse
non uidi. Prius enim gesta
res est quam me illi uiro
iungere. Sed factum celebre
est fidelium fratrum qui in-
terfuerat sermone uulgatum.

Eodem fere tempore quo
primum episcopus datus
est fuit ei necessitas ad-
ire comitatum. Valentinianus
tunc maior rerum potiebatur. Is
cum martinum ea petere cog-
nouisset que prestare nole-
bat iussit eum palatii foribus
arceri. Etenim ad immitem illius
immitem ac superbum uxor
accesserat arriana que totum
illum a sancto uiro ne ei debitam
reuerentiam prestaret auer-
terat. Itaque martinus ubi
semel atque iterum superbum
principem adire temptauit
recurrit ad nota presidia.
cilicio obuoluitur cinere con-
spergitur cibo potuque abstinet
orationes diebus noctibusque per-
petuat. Septimo uero die
astitit ei angelus iubet
eum ad palatium ire securum
regias fores quamlibet clau-
sas sponte reserandas im-
peratoris spiritum superbum mol-
liendum. Igitur illustrioris pre-
sentis angeli confirmatus
alloquio et fretus auxilio
palatium petit. patent ianu-
a nullus obsistit. postre-
mo usque ad regem nemine
prohibente peruenit. Qui
cum uenientem eminus uide-
ret infrendens cur fuisset
admissus nequaquam assur-
gere est dignatus astanti donec